

firma, & non lubrica per constantiam A
in opere, & per perseverantiam in vir-
tute. *Serm. 4. de Advent. Domini a pag. 21.*
ad pag. 28.

* GUILLELMI PARIENSIS,
sermo I. in epistolam Philipp. 4. *Gaudete*
in Domino semper iterum dico gaudete, mode-
estia vestra nota sit omnibus hominibus, qui tri-
bus concluditur. I. Iustus in Domino
gaudeat quod est detā bono Domino,
quia eum habet in arca cordis sui per
gratiam, habet omnium bonorum Do-
minū, ut ita maneat in Domino, per a-
morem. II. Gaudium mundi repro-
bandum, quia ore Dei maledictum, fa-
rum, breue, non purū, aufert gaudium
spirituale, inique venit, vertetur in tri-
sticiā. III. Modestia, alia oris, alia B
cordis, alia operis, &c. a pag. 18. ad
pag. 21.

Eiusdem, sermo 2. in eiusdem Epist.
hæc verba *Dominus enim prope est: nihil sol-*
liciti sitis, &c. Dominum tripliciter no-
bis prope esse demonstrat. Primò. Cum
proximè nobis iungatur, frater enim
noster est. Secundò. Quia propinquo-
res modo sumus regno cælorum quàm
ante Aduetum Filij Dei. Tertiò, Quia
in proximo nasciturus est in mundo isto
Christus, & spiritualiter venturus ad
eos qui fuerint præparati. Idè secun-
dum hanc triplicem propinquitatem
solicitos nos esse, illicitum est, &c. a
pag. 21. ad pag. 23.

Eiusdem, sermo 3. in quo dicta fa-
perius expendens, Christum probat hoc
tempore prope esse. I. peccantibus,
præsens enim est eis ut merito de eius
præsentia erubescant. II. Peccatori
fugienti ab eo, addèdo peccatum pec-
cato, quasi enim sequitur eum monen-
do, ut redeat. III. Peccatori pœnitenti,
& ad eum reuertenti, iniquitatem eius
obliviscens. IV. Existenti in tribula-
tione ut subueniat vel patientiam dan-
do, vel ab ea eripiendo. V. Vnicuique
ad reddendum secundum merita sua.
a pag. 23. ad pag. 24.

Eiusdem, sermo 4. iterum exami-
nans, Dominus prope est. Triplici ratione
verbum istud Ecclesiā frequentare di-
cit quartū. Prima est ut fideles audien-

tes Dominum suum prope esse honestius
se habeant. Secunda, Ut non pigriten-
tur præparare quæ preparanda sunt.
Præparatio autem hæc fit, hospitij mun-
datione per cõfessionem; Vestium pul-
chritudine; triplex vestis, puritatis siue
castitatis, humilitatis, charitatis; Epu-
larum delectatione, quæ est bonorum
operum puritas. Tertia. Ut dominum
prope esse homines intelligentes excēt
obuiam ei per sanctam aduentus ipsius
meditationem, vel orationem, vel di-
uini verbi auditum. a pag. 24. ad pag. 26.

Eiusdem, sermo I. in Euang. *Mise-*
runt Iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes &
Leuitas ad Ioannem, &c. Ioann. I.
I. Nuncios ad Ioannem missos descri-
bens dicit fuisse, ab Hierosolymis mis-
sos, vbi erat consilium & iudicium; lit-
teratos, qui Sacerdotes & Leuitæ; re-
ligiosos, quia ex Phariseis. II. Eorun-
dem interrogationem autoritate of-
ficij de Ioannis persona attendit. III.
Ioannis interrogationem considerat
qui negat se esse quod non erat, & asserit
de se quod erat. a pag. 249. ad pag. 250.

Eiusdem, sermo 2. in quo horum se-
rie. *Ego vox clamantis in deserto, &c.* plura
vult contineri. I. Desertum in quo
Deus clamat, mundus iste est; quia so-
litude hominibus vacua, homo enim
mundanus bellua non homo; in eo mul-
tæ bestie, sunt hyenæ per crudelitatem,
hericij per iram, &c. terribilis homi-
nibus transeuntibus qui sunt huius
mundi contemptores; multis deficiens
bonis, quia panem nostrum quotidia-
num necesse habemus quotidie mendi-
care. II. In hoc mundo Dominus cla-
mat, generaliter in creaturarum vni-
uersitate, specialiter in virorum docto-
rū declamatione, singulariter in
temporalium confutatione. Clamabit in
iudicio, per Angelos iudicij præcurso-
res, dicens, surgite mortui, &c. disce-
dite à me maledicti, &c. venite
benedicti, &c. III. Ostendit in
Ioanne prædicatoris auctoritatem,
eumque monet ad fidelitatem &
doctrinæ integritatem. IV. Diaboli
via probatur esse laboriosa, quia longa
seu infinita, tenax, grauis & onerosa,